



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Lysias. Capvt XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

aus in Sicilia, cum rogatus quodnam æstimaret optimum respondisset, illud ipsum esse, ex quo Harmodij, & Aristogitonis statua, qui tyrannū Hipparchum de rerum humanarum culmine sustulerant, essent confectæ. Extant eius orationes in Græcorum oratorū volumine. a Ab Hermogenes agnoscitur inuentor, & princeps politici characteris εὐρετὴ καὶ δοκχητὸς τὸ τύπου πολιτικός. lib. 2. de ideis. b Ab alijs eidem ipso ἡγετορικῶν λόγων inuentum tribuitur. διὰ τοῦ λαβεῖν ἐπάνυμον, καὶ τὸ Νέσσον.

Andocides.

CAPVT XXV.

Natus est Andocides Olympiade septuagesima octava, principe in rep. Atheniensium Theogenide, centum annis Lysia antiquior, homo (ut apparet ex Plutarcho) factiosus, varijsque ob improbitatem periculis, & laboribus exercitus. De eius stylo ita censet idem auctor Εἰς ἀπλοῦς, καὶ ἀπλάστατος ἐν τοῖς λόγοις ἀφελῆς, καὶ ἀσχηματίστος. Simplex est, sine apparatu, inornatus, & minimè figuratus: quicquid tamē dicat Plutarchus: grauis est, affectus habet, lacertos quoque, & figuras, sententias sati vechementes. Nam ut cætera omittā, ea nobilissima C. Grachi aporia, qua dicitur, vel iniuniciis lachrymas elicuisse, fluxit ab Andocide. Sic enim ille in oratione de mysterijs. Μή τοι νύν εἴσαι τεθάσαι, καὶ τὸν περιπραγμένον αὐτοῖς ἐπιλαθόδε, ἀλλ' ἀναμνήσθε τὸν ἐργασιοντατετά σώματα αὐτῶν ὅπου μέτουνται, τίνα γέροντας καὶ αναβλέποντας δεκομένοντες ἔμαυτος; τὸ πατέρα, ἀλλὰ τεθήκεντος ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκέτιν, ἀλλὰ τὸν πατέρας, ἀλλ' ὄντως γέροντας τοινας καὶ ἀντί πατέρος ἐμόντας καὶ δελφοντας, γέροντας ταῖς γένεσι; εἰς ὑμᾶς καταφένυγον, καὶ ἀντί βολῶν, καὶ ἀκτευών, οἰομένοις μεταρρύμενον αὐτῶν εὐησάμενοι σώματα, καὶ μὴ βόσκεσθαι Θεῖάλας, καὶ Αἰδρίας πολίτας ποιεῖσθαι διὰ απορίαν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ οὗτας πολίτας ὁμολογοῦσθεντας, οἷς προστίκαθενδρῶν ἀγαδεῖς ἔναντι καὶ βολόμενοι διεπονταί, τόντοις δὲ ἀπόλλητε μηδέτα, mouet à suis maioribus grauiter: Quare nolite, etiam si mortui sint, rerum gestarum obliuisci, sed illustrium facinorū recordati, existi-

mare eos viuos, & præsentes adesse pro mea salute deprecatores. Ad quem enim confugiam? quē mihi iuplicem adhibeo; Patrem? at mortuus est; fratres? nullos habeo; liberos? nondū mihi nati sunt. Vos igitur mihi cōfite pro patre, pro fratribus, pro liberis, ad vos confugio. oro, & obsecro: feruate me, & nolite virorum penuria Thessalos, & Andrios in ciuitatem veltram ascelere, vestros verò eunes, qui boni viri, ac fortis esse maximi possunt, & erunt, perirent. Quid in perorationibus Demosthenis huic simile? Eius quatuor orationes extant in volumine Græcorum oratorum.

Lysias.

CAPVT XXVI.

Lysiam si Musis placet, ad cælum usq[ue] Græci homines sibi, suisque plaudentes similibus efferrunt. Ego nihil in eo sublime, aut admirabile video. Venustus est scriptor, ac politus, quis negat: nihil habet insolens, nihil inepit, concedatur: sed tenuis est, inornatus, & toto genere strigosus. Nec mirum, priuatas illas pleraque, & eas ipsas alij, & paruarum rerum causulas scripsit: ex quo, necessario sit iciunios, quoniam se ipse consultò ad minutarum genera causularum iunauit. Appositè, & loco de eodem dixit Fab. Quintil. quum de Demosthenes, Aeschime, & Hyperide verba fecisset: His (inquit) Lysias extate maior, subtilis, atque elegans, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quas perfectius: nihil enim in eo est inane, nihil accedit sumptu: puto tamen fons quam magno fluviis proprius. Sit igitur fons, vel fonticulus, & caueat le cum magnis fluminibus comparare. At verò Dionysius Halicarn. in eius laudes se effundens, iustâ orationem scribit, nō modò eius proprietatem, perspicuitatem, rotunditatem, gratiam, puritatem commendat, sed etiam audiendam dicere cum περιπλάκα, καὶ σεμνά, καὶ μεγάλα φαινοδα πράγματα παῖεν, quod nemo veterum in Lysia propriū agnoscit, vel eorū, qui plenius huic indulgent-oratori: etiam cum Iosephore comparat, rōsam cum anemone: quantum melius Plato in Phædro, qui rē indignam putat Ioscaris opera, cum orationibus ī ystis cōparare, quod ille maior esset & indole, & virtute, etiam si tum esset adolescentis, cum ī Lysias venisset ad summū glorię. Quod verò καρπίνιον καὶ καρακηρικοράτειν esse dicas, quasi solus sit Lysias, καὶ καρπο-

In oratione
tamen con-
tra Mnēs-
prolem

grandiorē μέντοι οὐκαπόδι ταῖς λέγεναι, in eo Isocratis, solito fuisse & Demetrio Phalateo iniquior, quibus hæc virtus maximè conuenit, & si quis per seum facete velit, legit orationem Lysias contra Theonnestum, & ceteros similes, in quibus, quod satietabundè, quod delectet, nihil multum inueniet. Nam eius orationem valde probo, ἐπιτάχους τοῖς Κορνίδων Βορδοῖς, reliquæ mediocres sunt, multæ, & luce, & eius nomine indigne viris doctis merito videntur.

vi puer pueros iisdem studijs deditos superauit, atque etiam ijs studijs in inimicis contentus, ad maiora diuino quodam imperio impellatur. Hæc Socrates in Phædro Platonis, de Isocrate admodum adolescentem. Ex quo coniecture licet, qualis vir fuerit, qui tam secunda initia, ad centesimum usque annum, quem proprie expluit viuendo, in continua eloquentiae exercitatione perduxit. Cicero certè eum eloquentiae patrem non veretur appellare: nec immixtò, in *Isocratis* sunt enim in eo summae virtutes, quæ a Dion. *virtute*, Halicarn. colliguntur; inuentio mirabilis, heroicæ magnificentia, illustris argumentosum splendens, dispositio prudens, epicherematum elaborata collocatio, magna ubique stylis perspicuitas, atq; in exprimendis moribus industria, dictio pura, facilis, vistata, verborum summa, quæ potest esse, cœcinnitas. Cæterum, ut nihil ex omni parte beatum est, à summis viris, in eo morosa ad satietatem vñq; affectatio reprehenditur. Primum enim concursus vocalium, quæ hiulcam faciunt orationem, iam religiosè vitat, ut nihil supra, licet de eius oratione Lucilianum illud dicere.

Quam lepidè lexes, compoſte ut Tesserula onores, Arte paumento, atque emblemate vermicula-10.

Deinde figuræ, non quidem sententiae, sed distinctionis, ut leuiculas antitheses, isocola, homœoptora, homeoteleuta, non minus frequenter, quam illi Iouem Corinthium inculeat: ad summum numeros, & circumscriptos verborum ambitus perpetuo consecutatur, ut nunquam videatur acquisitæ, nisi periodos impensioe cura tornatas laxius effundat, & mollius. Quod qui nimis pueriliter faciunt, tibicines multos inferunt orationi. Hæc in Isocrate Dionysi. *Philenius* animaduertit: Philenius eundem cum p̄. & Hiero-
toro comparat, qui ubique easdem vestes, & phlo ob-
gestus, & ornamenti imaginibus appingit. Hie de Isocratis ronymus Philosophus lectori pueri similem iudicavit, quod nulla vñquam acrimonia, nulla vo-
cis contentione utatur. Verum facile potest Isocrates excusari, si præseri im eius consilium *Defendit*, spectetur. Hoc genus dicendi si usurpat in Isocrato, iusta reprehensione non carius sit, at vero scribit ad pompa, delectationemque le-
gentium: in quo genere quid potest esse nimis elaboratum? Non est hic ars occulta, quam profitemur, & quam à nobis solim audidores expectant, quanquam in eo non est ineptus, aut nimis Isocrates, quod nimis inteperanter obiicit.

*Plato in
Phædro.
Platonis
iudicium
de Isocr.*

*S*renula, quæ Isocratis insidet tumulo, me stacente, laudes eius prædicat, & suavitatem commendat eloquentia. Hic certè tibiarum fabri filius didicit canere majoribus fistulis, ad eloquentiae natus decora. Quid mirum: Gorgiam illum Leontinum audiuerat, aureum planè oratorem, sub quo procula Isocratis lingua, dicendi cōsecuta est admirabilitatem. Votibar in primis gloria, forum & actiones cogitabat; sed vocis graciitas, frontisque mollitatem hominem à forensi speritu, in priuatō schole parientes compulit, inter quos eam gloriam aluit, quam nemo posse ei cōsequutus: quippe eius ludus tori Græciæ dicendi officina, vel certè, ut acutè dictum est a Tullio, equis, Trojanus fuit, & quo principes nauiter instituti ad eloquentiam prodierunt: primus enim cœpit mollioribus numeris expiere sententias, & aurea philosophiae documenta delicatissimæ orationis intercere floribus, è quibus eam apud summos viros adeptus est gloriam, quam nemo adsequitur. Præsenserat primas, veluti orientis ingenij faces diuinus Plato, cum tam illi commendat elogio.

*Δοκὶ μὲν ἀμείνων, ἡ καὶ τὸν περὶ Λυσί-
αν ἔναντι, οὐ τὰ δύο τεραῖς, οὐ τὴν γένειν
τελεφερόντας, ὡς οὐδὲν ἀντίτετον θεωρεῖσθαι προΐστηκας εἰ περὶ αὐτοῦ τε τὸν
λόγον τὸν νῦν ἐπιτηδεῖται πλέον ἢ παῖς τον διετέλε-
κοι τὴν πώποτε ἀλαμένων λόγων, οὐ τε εἴπειν
μηδὲ τοιχότα ταῦτα τῷ μείζῳ τοῦτον ἀγονί-
θρῳ θεοτέρᾳ: videretur mihi præstantiore ingenij indole, quam Lysias, quantum quidem ex illius scriptis iudicare possimus, & moribus etiam commodioribus temperator, & copiosior: itaque nihil mirum, si ab adolescentia in arte dicendi viris antecellat.*